In xpi nomine ⁊ eius benedictione. Nouerint uniuersi. Quod ego dopna Toda de Estada cum assensu ⁊ uoluntate dopne
Marie de Estada filie mee dono uobis dopne Leonor filie mee in casamento uestro cum dopno Garssia Ortiz de
Azagra viro uestro castrum ⁊ villam de Settastella. Castrum ⁊ villam de Podio de Cinca. Castrum ⁊ villam de
Troncedo. Et locum qui dicitur Ouiergo. Et domos ⁊ hereditates de Veltozina cum omnibus iuribus ⁊ pertinenciis dictorum
castrorum villarum ⁊ locorum ⁊ terminis eorumdem. Que villa de Settastella diuidit terminos cum Grostan. ⁊ cum Castro.
⁊ cum Palta. ⁊ cum Veltozina. ⁊ cum Ciuitate. ⁊ cum Podio de Cinca. ⁊ cum Panniello. Podium de Cinca diuidit
terminos cum la Penniella ⁊ cum Panniello ⁊ cum Settastella. Troncedo diuidit terminos cum Paruia. ⁊ cum Caualla
⁊ cum Formigales. ⁊ cum Salinis. ⁊ cum Panno. Ouiergo diuidit terminos cum Castro. ⁊ cum Veltozina. ⁊ cum Settas-
tella. Cedentes uobis iura ⁊ acciones quas habeo ⁊ habere debeo in castro ⁊ villa de Grostan. ⁊ castro ⁊ villa de
Figarol. ⁊ in loco qui dicitur Crespan. ⁊ in turre ⁊ hereditate que uocatur la Mozeca cum terminis ⁊ iuribus eorumdem.
Que omnia habeatis ad faciendum ex eis uestram uoluntatem sicut de uestra propria hereditate. ⁊ omnia predicta me confiteor
uestro nomine possidere. Ita quod non possim ex ipsis aliquid uendere dare uel modo aliquo alienare. Retineo tamen in omnibus
diebus uite mee usum fructum castri ⁊ ville de Settastella. Castri ⁊ ville de Podio de Cinca ⁊ loci qui dicitur Ouiergo.
⁊ hereditatis de Veltozina. Ita quod post dies meos ad uos sine aliquo impedimento libere reuertantur. Et ego dicta dopna
Maria de Stada dictam donacionem laudo approbo ⁊ concedo. Et ego dicta dopna Toda de Estada dono uobis dicte dopne
Leonor filie mee ⁊ Garssie Ortiz uiro uestro fidancia saluetatis de dictis castris uillis ⁊ hereditatibus per forum
Aragon. Ferrandum Sancii illustris Regis Aragon filium. Quam fidanciam ego dictus F. Sancii libenter facio ⁊ concedo.
Huius rei testes sunt dopnus Gonçaluus Lupi de Pomar. ⁊ Petrus Maça de Ciluys. Actum est hoc .v. idus mensis Julii
Era Mª. CCC. quinta. Garsias Petri dessforzat notarius publicus Barbastri quando defunctus hanc notam cepit. [illegible]
Ego Johannes Paleoso notarius publicus Barbastri defectu uite predicti G. Petri dessforzat de mandato domini de Cetaus
iusticie Barbastri. ⁊ Johannis Burelli ⁊ Poncii de Sirena iuratorum
eodem hanc cartam scripsi et Sig-num meum apposui.

12/8
1266-7-11

26

GOBIERNO DE ARAGON